loco. quia corpus Christi post resurrectionem intravit ad discipulos ianuis clausis. cui corpus nostrum in resurrectione conformandum speramus. sed sicut corpus Christi hoc habuit non ex proprietate corporis sed ex virtute divinitatis unitate ita corpus cuiuslibet alteri sancti hoc habebit non ex dote sed ex virtute divinitatis existentes in eo. Per quem modum corpus perire habuit et ad similitudinem ei sanarent infirmi non per aliquam proprietatem ipsius. Est ergo dicendum quod ad donem subtilitatis pertinet quod hic apostolus tangit dicens Seminat corpus animale surget spirituale. Quod quidam male intelligentes dixerunt quod corpus in resurrectione vertetur in spiritum vel et erit simile aeri aut vento quod spiritus dicitur. Quod maxime excluditur per illud quod ad apostolos dicitur *1 Cor. 15. 45.* Palpate et videte quia spiritus sic. Unde et hic apostolus non dicit quod resurgat spiritus sed spirituale corpus. Ergo in resurrectione spirituale erit non spiritus. sicut nunc est animale non anima. Ad hanc autem differentiam cognoscendam considerandum est quod unum et idem in nobis est quod dicitur et anima et spiritus. sed anima dicitur finis quod perficit corpus: spiritus autem proprieatem secundum quam spiritualibus substantiis assimilatur finis illud ephe. 4. Renouamini spiritu mentis vestre. Item considerandum est quod triplex est differentia potentiarum in anima. quedam enim potentie sunt quarum operationes ad bonum corporis ordinantur sicut generativa nutritiva et augmentationaria. Quaedam vero sunt que quidam corporeis organis videntur. ut omnes potentie sensitiae prius sed earum actus ad corporis non ordinantur directe sed magis ad perfectionem anime. Quaedam vero sunt potentie que neque videntur corporeis organis neque directe ad bonum corporis ordinantur sed magis ad bonum anime sicut que pertinent ad intellectuam primae ergo potentie pertinet ad animas intellectum animalium corporis. terrena vero maxime pertinent ad animalia in quantum est spiritus. secunda vero modo se habent inter virasque quia tam iudicium de potentia aliqua magis debet sumi ex obiecto et fine quam ex instrumento. ideo secunda potentie magis se tenent cum tertialis quam cum primis. Item considerandum est quod cum unaque operationes sit propter suam operationem. corpus ad hoc perficitur ab anima ut sit subiectum operationibus anime. Nunc autem in statu isto corpus nostrum est subiectum operationibus que pertinent ad animalia in quantum est anima prout generaliter generat nutritio crescit et decrescit. Quantum autem ad spirituales anime operationes corpus licet aliquo modo subseruat tamen nullum impedimentum affert. quia corpus quod corruptibile agnoscit animam et dicit *Sap. 9.* Sed in statu resurrectionis cessabunt operationes animales a corpore. quia non erit genere et ratio nec augmentum aut nutrimenti. sed corpus absque aliquo impedimento et fatigatione cessant scrutari anime ad spirituales operationes eius secundum illud patrum. Beati qui habitant in domo tua domine sic. Sic ut ergo nunc est corpus nostrum animalium. tunc vero erit spirituale. Causam autem habrum proportionem quidam attribueri luci quam dicit esse de natura quinta essentie et venire in compositionem humani corporis quod quia fruolu est et fabulofum: sequentes augustinum dicit quod procedunt ex virtute anime glorificate. Dicit enim Augustinus in epistola ad dioscorum. Tam potenti natura deesse est anima ut eius plenissima beatitudine que in fine temporum permittitur sanctis redundet etiam in inferiori naturam que est corpus non beatitudo que fruens est propria sed plenitudo sanitatis id est incorruptionis vigor. Aliud denuo autem ex anima quatuor corpori puenit et tanto perfectius quanto anima fuerit virtuosior. Primo quidem dat esse. Unde quando erit in lumine perfectionis dabit esse spirituale. Secundo conservat a corruptione. Unde videmus quod sunt fortioris natura minus a calore et frigore.

pati. Cum ergo anima fuerit perfectissima conseruabit corpus omnino impassibile. Tertio dat pulchritudinem et claritatem. Infirmi enim et mortui propter debilitatem operationis anime in corpus efficiuntur discolorati et quoniam erit in summa perfectione faciet corpus clarum et fulgidum. Quarto dat motum et tanto facilius quanto virtus anime fuerit fortis et supra corporis. Et ideo quando erit in ultimo sue perfectionis dabit corpori agilitatem.

Lectio septima.

¶ **E**st corpus animale est et spirituale: sicut scriptum est. Factus est primus homo ad animam viventem. nouissimus homo in spiritu vivificantem. sed non prius quod spirituale est. sed quod animale deinde quod spirituale. Primus homo de terra terrenus. secundus homo de celo celestis. Qualis terrenus. tales et terreni. et qualis celestis. tales et celestes. Igitur sicut portavimus imaginem terrenum. portemus et imaginem celestis. Hoc autem dico fratres. quod caro et sanguis regnum dei possidere non possunt. neque corruptio incorruptelam possidebit.

Hic apostolus differentiam qualitatis corporum morientium ad corpora resurgentia supra exemplis ostensam ostendit ratione. Circa hoc autem duo facit. Primo enim promittit quod. probare intendit. Secundo promisit. probat ibi. Sicut scriptum est *1 Cor. 15. 45.* Dicit ergo primo. Dixi quod seminatur animale surget spirituale. et quod hoc sit verum scilicet quod corpus spirituale ostendo. quia si est corpus animale est spirituale et non intendit apud eum ex hoc arguere ad positionem sed hoc supponit inveniens. probare ipsum quod dicit. Si est corpus *1 Cor. 15. 45.* Intuere in omnia opera altissimi. duo contra duos et unus contra unum. Sicut scriptum est *1 Cor. 15. 45.* Propter positionem. Est autem probatio sua talis. Duo sunt principia humani generis. Unus est vita nature secundum ad alium. fini vita gratia secundum Christum. sed animalitas est derivata in omnes homines a primo principio secundum ad alium. ergo constat quod multi amplius a secundo principio secundum Christum spiritualitas derivantur in omnes homines. Unius rationis primo probat primam diversitatem principiorum. Secundo mediis secundum determinationem similitudinis ex vitro principiorum ibi. Qualis terrae est *1 Cor. 15. 45.* Circa primum tria facit. Primum ostendit principiorum differentiam. Secundo principiorum ordinem adiunxit ibi. Sed non prius quod spirituale *1 Cor. 15. 45.* Tertio rationis ordinem assignat ibi. Primum *1 Cor. 15. 45.* Ponit ergo primo coditionem primum principium secundum vitam naturae. lumen auctoritate genit. 2. unde dicit. Sicut scriptum est. Factum est a deo prius homo ad animam viventem vita secundum animalia qualiter anima potest dare et scilicet spiratur dominus in facie eius spiraculum vite. genit. 2. Animam enim et anima dicit et spuma. In quantum enim intendit cure corporis secundum vegetando nutriendo et generando sic dicitur anima. in quantum autem intendit cognitionem secundum intelligendo volendo et huiusmodi sic dicitur spiritus. Unde cum dicit. Factus est prius homo ad animam viventem. intendit hic apliust de vita qua anima deseruit circa corpus non de spiritu sancto sicut quidam singunt. propter hoc quod procedit. et inspiravit in facie eius spiraculum vite. dicentes hoc esse spiritus sanctus. Secundo ponit coditionem secundi principij dicens: Plenissimus vero ad id est Christus et dicitur honorissimus quod adam induxit unum statu solidi

in epistolā I ad Coríntios xv

cet culpe. xps vero glorie & vite. Unde cuz post statū istū riūllus aliis se equatur in vita ista. ideo dicit nouissimus. **L**a. 53. Desiderauimus eū despectū & nouissimū viroū. Et alibi scz apoc. 1. Ego pīm? & nouissim? Et alibi. Ego sum alpha & o. rc. Dicit autē adam. qz de natura ade fact? in spiritū viuentē. Et ex hoc conditionib? principiō visis apparēt corp? diversitas. qz pīm? homo factus est in animā nouissimum in spiritū. Ille autē in animā viuentem solum. iste vero in spiritū & viuentē & viuificantē. Cui? ratio est. quia sicut adam consecutus est pfectiōne sui esse p animā vita & xps pfectiōne fut esse in cōtūm homo p sp̄itūsanū. Et ideo cū animā nō possit nisi pīm? corp? viuificantē ideo adam factus est in animā nō viuificantē sī viuentē tantū. sed christus factus est in spiritū viuentē & viuificantē. & ideo xps habuit potestatē viuificanti Job. 1. De plenitudine eius rc. Et Job. 10. Veni. vt vitā habeant & habundantius habeant. Et in simbolo. Et in spiritū viuificantē. Sed ne aliq? diceret. si xps fact? est in spiritū viuificantē quare dicitur nouissim? Ideo cōle querent cū dicit Sed nō pīm? rc. Ostendit ordinē pīcīpīoz. Quidem enim in natura & in vno & eodē pī? est im pfectū & pfectiū. Unde cū spiritualitas se habeat ad animalitatē sicut pfectū ad imperfectū. ideo in humana natura nō prius debet esse spiritualē qd est pfectū. Is 31. vt seruerat ordo pīm? debet esse imperfectū scilicet qd animale est. deinde pfectū scilicet qd spiritualē est. S. 13. Cum venerit qd pfectū est rc. Sicut dicit Aug. huīus signum est & pīmogeniti antiqui pīcīpīoz sicut animalē sicut cayn anteb natus. ismahel ante ysaac. & esau ante iacob. Rationē autē dicit diversitas assignat dīcēs. Prim? hō rc. Quasi dicat vere primus hō factus est in animā viuentem quia de terra gen. 2. Formauit dñs homīnē de limo tē. & ideo dicitur esse terrenus id est animal. secund? hō scilicet xps factus est in spiritū viuificantē qz de celo. qz diuisina natura qz fuit huic nature vniita de celo est. Et ideo debet esse celestis id est talē pfectiōne debet habere qualē decet de celo venire scilicet pfectiōne spiritualē. Job. 3. Qui de celo venit sup omnes est. Dicit autē pīm? hominem de terra pīm modum loquendi quo res de illo esse discuntur. quia prima pars est in eoz fieri. sicut cultellus dicitur de ferro. quia prima pars vnde est cultellus est ferrum. Et quia prima pars vnde adā factus est terra est et ideo dicitur de terra. Secundus homo dicitur de celo nō q attulerit corpus de celo cū de terra assumpserit. scilicet de corpore beate virginis. sed quia diuinitas que nature humana vniita est de celo venit. que fuit prior qz corp? xpi. Sic ergo patet principiōz diversitas & erat maior pīfītiōnē rationis principalis. Consequentē cū dicit. Quā terrenus rc. Ostendit derivationē similitudinē horū pīcipio & ex vitro. primo in communi. Secunda dīvidit eā per partes ibi. Igitur sicut portauimus rc. Dicit ergo qz lier terrenus rc. Quasi dicat Prim? homo qz terrenus fuit & mortalē ideo derivatū est vt omnes essent & terreni & mortales. S. codē. Et sic in adā omnes moriunt. Zech. 13. Adam exemplū mēn rc. Quia vero fuit secund? hō celestis id est spiritualis & immortalis & ideo omnes & immortales & spiritusles erimus. Ro. 6. Sed cōplantati factus sumus similitudinē rc. Igitur sicut portauimus rc. Sic concludit qualiter in speciali debeatū conformari homini scilicet celesti. Possimus autē duplicitē conformari celesti in vita scilicet gratiē & gloriē & una est via ad altā. qz sine vita gratiē nō puenit ad vitā gloriē. & ideo dicit. Sic ut portauimus rc. 1. Qdīcī peccatores fuimus in nobis fuit similitudo ade. 2. reg. 7. Ita est lex adā dñe de? rc. vt ergo possim? esse celestes id est peruenire ad vitā gloriē potemus imaginē celestis per vitam gratiē. Coll. 3.

Exuentes veterē hominē induite nouū hominē scz xpm? **R**o. 8. Quos pīscītū & pīdeftinātū conformes rc. Sic ergo debem⁹ conformari celesti in vita grātiae qz alias nō pueniemus ad vitā gloriē. Et hoc est quod dicit. Hoc at dico fratres. Quasi dicat. Nisi vivatis scilicet vita grātiae non poteritis peruenire ad regnū dei scilicet ad vitā gloriē. quia caro & sanguis regnū dei nō possidebunt. Qdīcī quidem non est intelligendū sicut quidā heretici dīctū qz non resurget caro & sanguis sīm substantiā. sed qz totū corpus vel verte in spiritū vel in aerem quod est hereticum & falsum. Nam aplūs dīctū qz conformabit corp? nostrū corpori clarisatis sue. Unde cū xps post resurrectionē habuerit carnem & sanguinem sicut dicitur Lūc. vlti. Palpate & vide quia spiritus carnem & ossi non habet rc. Constat qz et nos in resurrectionē carnem & sanguinem habebimus. Nō est intelligendū caro & sanguis id est substantia carnis & sanguinis regnū dei non possidebunt. sed caro & sanguis id est carni & sanguini opazvantes scilicet homines sediti vitijs & voluptatibus regnū dei nō possidebūt. Et sic accipitur caro id est homo carnalis viuens. Ro. 8. Nos autem non in carne rc. Vel caro & sanguis id ē opera carnis & sanguinis regnū dei nō possidebunt quod est contra iudeos & saracenos qui singūlū se habituros post resurrectionē vxores. fluiulos mellis & lactis. Vel caro & sanguis id est corruptio carnis & sanguinis regnū dei nō possidebunt id est post resurrectionē corpus non subiicit corruptioni carnis & sanguinis sīm quam viuit homo. In & de sīm hoc subdit neqz corruptio incorruptionē possibit id est neqz corruptio mortalitatis que nomine carnis hic exprimitur possidebit incorruptionē id est incorruptibile regnū dei. quia resurgemus in gloria. Ro. 8. Ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis rc.

Lectio octava.

Ecce misterium vobis dico omnes qz dem resurgem⁹: sed non omnes immutabimur. In momēto. ī iictu oculi. nouissima tuba. Canet enim tuba: & mortui resurgent incorrupti. & nos immutabimur. Hic apostolus postqz respondit questioni de qualitate resurgentium responderit consequentes questiones qua querebatur de modo & ordine resurgendi. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit modū & ordinē resurrectionis. Secundo confirmat pīcītātē ibi. Cū autē mortale hoc rc. Circa prīmū duo facit. Primo enim pponit intenū. Secundo ostendit quo ordīcītā sit ibi. In momēto in iictu rc. Pīmo igitur reddit eos attēns & ostendens id quod pponit esse arduum & occultū dicens: Ecce misterium id est oī cultum quoddam dico vobis id est aperio vobis fratres quod debet vobis aperiri & oībus credentib? Lūc. octauo. Vobis datū est nosse rc. S. 2. Sapientiam loqūmūr inē perfectos. Et post sed loqūmūr dei sapientiā que ab eo dīta est rc. Quid autē sit istud misterium subdit. Omnes quis dem rc. Circa prīmū sciendū est & sicut hieronymus dīcī in quadam epīla ad mineruū & alexandrum monachos. Hoc quod hic dicitur Omnes quidem resurgem⁹ rc. In nullo libro grecōz habebit sed in quibusdam habebit: Omnes quidem dormiemus id est omnes moriemur. Et dicitur mōrē somnū ppter spēm resurrectionis. Unde idēz est ac si diceret. omnes quidem resurgemus: quia nullus resurget nisi moriat. Sed nō omnes immutabimur. Hoc non mutatur in libris grecis & hoc est verū quia ista mutatione de qua hic loquitur non erit nisi secundū corpora beatorū quia immutabunt ad illa quattuor que supera posita sunt que dicuntur dotes corporum gloriosorum & banc dīsīdī

Explanatio sancti Thome

erabat Job. 14. Cunctis diebus quib[us] nunc milito expe-
cto donec veniat imutatio mea. In quibusdam vero libris
inuenitur. Non omnes quidem moriemur sed omnes im-
mutabimur. Et hoc intelligitur duplicititer. Primo ad lit-
teram quia quorundam opinio fuit q[uod] non omnes homi-
nes morientur. sed q[uod] aliqui in aduentu xp[i] ad iudicium ve-
nient viui et isti non moriuntur. sed isti mutabuntur in sta-
tum incorruptionis. et propter hoc dicunt non omnes q[uod]
dem dormiemus id est moriemur. sed omnes imutabimur
tam boni q[uod] mali et tam viui q[uod] moriui. Unde finis hos imu-
tationes non intelligitur de statu animalitatis ad statu spiri-
tualitatis. quia finis hanc soli boni imutabitur. sed de statu
corruptionis ad statu incorruptionis. Alio modo expo-
nitur mystice ab origine et dicit q[uod] hoc non dictum de somno
mortis quia omnes morientur. p[ro]p[ter]o. Quis est homo q[uod] vi-
uet re. sed de somno peccati de quo in p[ro]p[ter]o. Illumina ocu-
los meos ne vniq[ue] obdormiam. ut sic dicatur. Non omnes mo-
riemur id est non omnes peccabimus mortaliter. sed o[mnis]s[us]
imutabimur sicut supra de statu corruptionis ad incorrup-
tionem. Et licet hec littera scilicet non omnes moriemur
re. non sit contra fidem. tamen ecclesia magis acceptat p[ro]p[ter]
mam scilicet q[uod] omnes moriemur sive resurgentem. q[uod]a
omnes morientur etiam si sint tunc aliqui viui. Ordine
nam autem et modum resurrectionis manifestat consequen-
ter e[st] dicit. In momento re. Et hoc q[uod] ad tria. Primo
enim manifestat ordinem q[ua]ntum ad tempus. Secundo q[ua]ntum
ad causam resurrectionis ibi. In nouissima tuba. Tertium
q[ua]ntum ad progressus effectus a causa ibi. Conferat
H[ab]et ergo q[uod] omnes resurgent. sed quomodo? In momen-
to q[uod] quod excludit errorem dissentientium resurrectionem non esse
futuram omnium simul. Sed dicunt q[uod] martires resurgent ante
alios per mille annos. et tunc xps descendet cum illis
et possidebit regnum corporale hyerusalem mille annis eis.
Et hec fuit opinio lactantii. Sed hoc pareret esse falsum
quia omnes in momento resurgentem. in ictu oculi. Ex-
cluditur etiam per hoc alias error eiusdem qui dicebat q[uod] iu-
dictum duraturus erat per spacium mille annorum. Sed hoc
est falsum. quia non erit ibi aliquid perceptibile tempore
in momento re. Scindendum est autem q[uod] momentum potest
accipi vel p[ro]p[ter]o instanti temporis quod dicitur nunc. vel
p[ro]p[ter]o aliquo tempore inceptibili. tamen vitro modo potest
accipi hoc referendo illud ad diuersa quia si nos referim
hoc ad collectionem puluerum sit mutatio de loco ad locum
oportet q[uod] si ibi repus aliquod. Si autem referamus ad re-
unionem corporum et pro unione anime q[uod] omnia fieri a deo
tunc momentu accipimus p[ro]p[ter] instanti temporis. quia deo in
instanti vnit animam corpori et vivificat corpus. Mores eti-
am hoc quod dicit in ictu oculi ad virtutem r[es]erti. quia si in
ictu oculi intelligitur tantum apertio palpebrarum que sit in re-
pose perceptibili tunc referunt ad collectionem puluerum. Si
vero in ictu oculi intelligitur ipse subitus contumus oculi et
qui sit in instanti tunc referunt ad unionem ad corp[us]. Et
sequenter e[st] dicit. In nouissima tuba. ostendit ordinem
resurrectionis q[ua]ntum ad causam immediatam. Et ista tuba est
vox illa xp[i] de qua Mat. 25. dicit. Media nocte clamor
factus est re. Job. 5. Audient vocem filii dei et q[uod] audie-
rint re. Vel ipsa presentia christi manifesta mundo et q[uod] dicit gregorius.
Tuba nihil aliud esse designat q[uod] presentia xp[i]
mundo manifestata que dicitur tuba p[ro]p[ter] manifestationem
quia omnibus erit manifesta. Et hoc modo accipitur
tuba. Mat. 6. Tunc facis elemosinam noli tuba canere ante
te. Item dicitur tuba p[ro]p[ter] officium tubae q[uod] erat ad qua-
tuor ut dicitur numeri. 10. scilicet ad vocandum consilium.
et hoc erit in resurrectione. quia tunc conuocabit ad consi-

lum id est ad iudicium Isa. 3. Dominus ad iudicium ve-
niens re. Ad solennizandum festum. p[ro]p[ter]o. Buccinate in neo-
minia tuba. Sic et in resurrectio[ne] Isa. 33. Belpice Lyon
ciuitate solemnitatis nostre. Ad pugnat et hoc in resurrectio-
ne. Sap. 5. Pugnabit pro illo re. Isa. 30. In cubas-
tis et tympanis re. Ad mouendum castra sua quida eun-
do ad paradisum. quidam eundo ad infernum Mat. 25.
Ibunt qui bona fecerunt in vitam eternam. qui vero ma-
la in ignem eternum. Consequenter cu[m] dicit. Conferat em
tuba re. Ponit progressum effectus a causa predica. Et cir-
ca hoc duo facit. Primo enim ponit progressum effectus. Seco-
ndo necessitate huius assignat ibi. Portet enim morta-
tale re. Progressus effectus est. quia statim ad sonitu tu-
be sequitur effectus. Quia mortui re. p[ro]p[ter]o. Habit voci sue vo-
cem virtutis re. Ponit autem duplex effectus. Unus est co-
munitatis. quia mortui resurgent incorrupti id est integriflu-
ne aliqua diminutio membrorum. Quod quidem est comu-
nitatis quia in resurrectione est comunitas omnis q[uod] pri-
met ad reparacionem nature. quia omnes habent communio-
nem cu[m] xpo in natura. Et licet aug[ustinus]. relinquat sub dubio
virtus deformata remaneat in damnatis. ego tanquam cre-
do q[uod] quicquid primit ad reparacionem nature totu[m] confer-
tur ei[s]. sed quod pertinet ad gratiam soli electis confertur.
Et video omnes resurgent incorrupti id est integriflu-
ne. Hieronymus autem exponit incorrupti id est in statu in-
corruptionis. ut scilicet vltius post resurrectionem non
corrumpan[te] quia isti ad beatitudinem eternam ibunt. mag-
li vero ad penam eternam. Psalm. 12. Multi de terre pul-
ueri euigilabunt. Alius effectus est. prius id est aposto-
lum tantum. quia nos imutabimur scilicet apostoli et non
erimus incorrupti sed etiam imutabimur scilicet ve-
stimenta mutante ad statu glorie. quia seminatur animale sur-
get autem spirituale. Et finis hunc modis exponendi appar-
et melior est littera illa que dicit: Omnes quidem resur-
gemus sed non omnes imutabimur q[uod] illa q[uod] habet. Om-
nes imutabimur. quia licet omnes resurgent tam[en] soli sa-
cti et electi imutabuntur. Posset tamen etiam finis illos qui
habent. Non omnes quidem moriuntur sed omnes imuta-
bimur legi sic. Mortui resurgent incorrupti id est ad sta-
tum incorruptionis. et nos qui vivimus licet non resurga-
mus quia non morimur tamen imutabimur de statu cor-
ruptionis ad incorruptionem. Et videlicet consonare his q[uod] di-
cit. 1. thes. 4. Nos qui vivimus qui relinquimus simul ra-
piemur cu[m] illis re. ut sic et ibi et hic conumeret se vivus.

Lectio nona.

O portet enim corruptibile hoc idue-
re incorruptionem. et mortale hoc in-
duere immortalitatem. Tunc autem mor-
tale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet ser-
mo qui scriptus est. Absorpta est mors in vi-
ctoria. Ubi est mors victoria tua? Ubi est mo-
r[is] stimulus tuus? Stimulus autem mortis pec-
catum est. virtus vero peccati lex. Deo autem
gratias qui dedit nobis victoriam per domi-
num nostrum iesum xp[istu]m. Itaque fratres mei
dilecti. stabiles estote et immobiles. abundan-
tes in omni opere domini. semp scientes q[uod] la-
bor vester non est inanis in d[omi]no.
Hic apl[us] ponit necessitate effectus resurrectionis ab ipsa
causa progressientis. Et circa hoc duo ponit corresponden-
tia. duobus que posuerat in progressu effectus. ab ipsa cau-

in epistolā I ad Corinthios xv

sa. Primum fuit generale omniū scilicet q̄ mortui resurgent incorrupti. Et ideo primo quum ad hoc dīc. Por̄t̄ corruptibile hoc induere incorruptionē. Scđn̄ fuit speciale ap̄lis et bonis scilicet Et nos imutabimur. et ideo secundū quum ad hoc dicit. Mortale hoc induere immortalitatem quia enim corruptibile opponit incorruptibili et in statu presentis vite subiungitur corruptionē. Ideo dicit q̄ cū resurgentem op̄ter hoc corruptibile et necessitate scilicet congruentie. Et hoc propter tria. Primo propter completionē hūane nature. Nā sic etia dīc aug. atq̄ diu est separata a corpore est imperfecta non habens perfectionem sue nature. et ideo non est in tanta beatitudine separata existens in qua erit corpori vnta in resurrectione. At ergo p̄fatur beatitudine perfecta. op̄ter corruptibile hoc id est corpus induere ut ornamenti incorruptionē ut vltius aliquatenus non ledatur mortale. Secundo pp̄t ex gentiam diuine iustitie ut scilicet illi qui bona fecerūt seu mala in corpore premientur vel puniantur: etiam in ipsis corporib⁹. Tertio pp̄t conformitatē mētror̄ ad eam. ut sicut xp̄s resurrexis a mortuis per gloriam patris ita et nos in nouitate vite ambulemus. Ro. 6. Mortandus autem q̄ ipsam incorruptionē seu immortalitatē assilit vestimento cū dicit. induere. vestimentū em adest vestito et abest manente eadem numero substantia vestiti. vt q̄ hoc ostendat q̄ corpora eadem numero resurgant et idem homines idem numero erunt in statu incorruptionis et immortalitatis in quo sunt modo. Unde ex hoc excludit error dicentium q̄ corpora non resurgent eadem numero. Unde et signanter dicit. Op̄ter corruptibile hoc scilicet corpora. Nam anima nō est corruptibilis. Excludit etiā error dicentium q̄ corpora glorificata nō erit eadem cū istis s̄ celestia. et de isto modo simile habetur. 2. cor. 5. Hac in hoc ingenitissime. Esa. 52. Induere vestimentis gliae Job. 40. Circūda tibi decorē. Sed contra hoc est quia videtur impossibile q̄ corruptibile hoc induat incorruptionē id est q̄ corpora resurgent eadem numero. q̄ impossibile est ea que differunt genere vel specie esse eadem numero. sed corruptibile et incorruptibile nō solum differunt specie sed genere. Ergo impossibile est q̄ corpora resurgentia sint incorruptibilia et remaneant eadem numero. Preterea philosophus dicit q̄ impossibile est q̄ illa quozum substantia corruptibilis mota est reintegrant eadem numero. sed eadem specie. substantia aut̄ corporum humanozum est corruptibilis. ergo impossibile est reintegrari eadem numero. Respondeo dicendum est ad prius q̄ vnumq̄d consequit genus et specie ex sua natura et nō ex aliquo alio extrinseco iue nature et ideo dico q̄ si resurrectio corporum futura esset ex principijs nature corpora impossibile esset q̄ corpora resurgentia eadem numero. Sed dico q̄ incorruptio corpora resurgentia dabatur ab alio principio q̄ a natura ipsorum corporum scilicet a gloria anime ex cuius beatitudine et incorruptionē tota beatitudo et incorruptionē corporum deriuabili. Si ergo eiusdem nature et idem numero est liberū arbitriū modo dū est volubile ad vtrāq; pte et cū erit firmatus in fine ultimi. ita et eiusdem nature et idem numero erit corpus quod modo ē corruptibile. et tunc q̄ per liberū arbitriū firmatus erit q̄ gloriam anime erit incorruptibile. Ad secundū dicendum q̄ peccati contra illos qui ponebāt omnia in istis inferioribus cauſari ex motu corporum celestium et q̄ reuolutis eisdem revolutionibus corpora superiorum sequebantur elidez effectus numero qui aliquādo fuerant. Unde dicebant q̄ adhuc plato idem numero legit athenis et q̄ habebit eadē scholas et eosdē auditores quos habuit. Et ideo pb̄us contra eisdē arguit. q̄ licet idem celū numero et idem sol sit in in eisdē reuolutio-

nibus: tamen effectus qui inde pueniunt non consequunt idētate numero sed specie. et hoc s̄m viaz nature. Similiter dico q̄ si corpora induerent incorruptionē et surge rent s̄m viaz nature q̄ non resurgerent eadē numero s̄ eadem specie. Sed cum reintegratio et resurrectio sicut dicum est hanc virtute diuina. dicimus q̄ corpora erūt easdem numero cū neḡ p̄ncipia individualia huius homis s̄nt aliud q̄ hec anima et hoc corpus. In resurrectione autem redibit et anima eadē numero cum sit incorruptibilis et hoc corpus idem numero ex eisdem pulueribus in quibus resolutum fuit ex virtute diuina reparatū. sic erit idē homo numero resurgens. Nec facio vim in formis int̄ne vijs quia non ponō esse aliquā alia formā substantialē in homine nisi animā rationalē a qua habet corpus humanū et si animatū natura sensibili et vegetabili et q̄ sit ratiōle. Forme vero accidentales nihil impedient idemperitatem numeralē quā ponimus. Consequentē cū dicit. Cū autē corruptibile tc. Confirmat quod dixerat p̄ auctoritatem. Et circa hoc duo facit. Primo p̄t auctoritatem. Secundo ex ea concludit tria ibi. Abi est mors tc. Dicit ergo primo. Dixi et op̄ter corruptibile hoc induere tc. Sed cum mortale hoc induerit immortalitatē sic sit in futuro. Quod est contra illos qui dicunt iam resurrectionē factā. Fier sermo qui scriptus est. Absorpta est tc. Hoc s̄m translationē nostrā non inueniūt in aliquo libro biblie. si tamē inueniatur in translatione. lxx. non est certū vnde sumptum sit. Potest tamen dici hoc esse sumptū Esa. 26. Tuēt mortui tui tc. Et. 25. Precipitabit mortem in sempiternum. Osee. 13. vbi nos habemus. Ero mors tua et mors. lxx. habent Absorp̄ta est mors in victoria. id est p̄pter victoriā xp̄i. Et ponit p̄teritū p̄ futuro. pp̄t certitudinez p̄phetic. 1. Pe. 3. Negligiēt mortē tc. Cōseqnētū dīc Abi ē mori victoria tua tc. Cōcludit tria ex p̄missa auctoritate. Infūlatoez sc̄tōz p̄tra mortē. Gratiaractio-nes ad deum ibi. Deo autē gratias. Et ammonitionē suā coiñthijs ibi. Itaq; fratres mei tc. Circa primū duo facit. Primo ponit insultationē. Secundo expōt ibi. Stimulus autē tc. Loquens ergo apostolus de victoria xp̄i contra mortem quasi in quodam speciali gaudio positus assūmit personam viroꝝ resurgentis dicens Abi est mors via etoria tua: hoc non inueniūt in aliquo loco sacre scripture vtrū aut̄ ex se vel aliunde habuerit hoc apostolus incertū est. Si tamen aliud accepisset videatur accepisse de Esa. 14. Quomodo quicquid tributum cessavit tc. Dicit ergo Abi est mors tc. scilicet corruptionis victoria tua id ē potestia qua totū humanū genus p̄sternebas de omnib⁹ triū umphabas. 2. reg. 14. Es morimur tc. Job. 18. Calces super eum quasi rex interitus tc. Abi est mors stimul⁹ tuus? Quid autem sit stimulus consequēt exponit dīces. Stimulus autē tc. Unde duo ponit. Unum p̄ quod expo-nit quod dixit. Aliud per quod obiectiōnem excludit ibi. Virtus peccati tc. Sc̄iendū est autē q̄ stimulus mortis potest dici vel stimulus ad mortē. vñ quo virtutē seu quē facit mors. sed litteralis sensus est. stimulus mortis id est stimulus ad mortē q̄ homo per peccati est ipsius et de-siecius ad mortē. Ro. 6. Stipēdia peccati mors tc. S̄t quia aliquis possit obijcere q̄ iste stimulus est remotus p̄ legem. ideo consequēt hoc apostolus excludit subdēns. Virtus vero id est augmentus peccati lex. Quasi dicat. Non est remotus peccatum p̄ legem. Imo virtus peccati lex id est augmentus occasionaliter scilicet nō q̄ induceret ad peccatum sed in quā dabant occasionē peccatum et non conserebat gratiā ex qua magis accendebatur concupiscentia ad peccandum. Ro. 5. Lex subintravit ut habundaret delictum. Ro. 7. Occasione accepta peccatum p̄ mandatum tc. Est autem aliud sensus sed non litteralis ut stimulus mors

Explanatio sancti Thome

tis dicitur quo vititur mors. et sic per mortes intelligitur dyabolus. Apo. 6. Momen illi mors. Et sic stimul' mor-
tis est temptation dyaboli. Et sic totum quod dicit de mor-
te exponitur de diabolo. ut in glo. habetur. Vel stimul' mor-
tis id est a morte factus id est a carnali concupiscētia
Iaco. 1. Concupiscētia cū conceperit tc. Concupiscētia
enim primo volentes allicit sicut in intemperatis. Secū-
do repugnantes trahit ut in incontinentibus. Postea cor-
tendit sed non vincit ut in continentibus. Postea debili-
tatur eius contentio sicut in tēperatis et ultimo totalit' de-
ficit sicut in beatis quibus dicere cōpetit. Qui ē mors eos
tentio vel victoria tua? Quia ergo stimulus mortis de-
structus est non p legem sed vitoriam xpī. ideo deo sunt
reddende gratiarūctōes. Et hoc est quod dicit. Deu au-
tem gratias scilicet ago seu agamus qui dedit nobis vi-
ctoriam mortis et peccati per iesum xpī non per legem.
Job. 16. Hec est victoria tc. Ro. 15. Quis me liberabit
tc. Gratia dei tc. Nā quod impossibile tc. Consequē-
ter cum dicit. Iacq frātres mei tc. Subdit amonitionē
sicut enim dictum est pseuso apostoli corūpēbat corin-
thios negando resurrectionē. et ideo postq iaz astruxit fa-
dem resurrectionis et per exempla ostēdit amonitionē eos
q bene se habeant ne seducantur a pseuso apostolis. Et
circa hoc tria facit. Primo est eos in fide confirmat dicens
Iacq scilicet iam oſtenſa resurrectionē frātres mei q fide
per quam omnes sumus filii dei. Johā. 1. Dedit eis po-
testatem tc. Dilectissimi per charitates qua debem⁹ nos
in iuicem diligere. 1. Johā. 4. Hoc mandatum habem⁹ a
deo tc. Stabiles cōtēt scilicet in fide resurrectionē ne re-
cedatis a fide. Ephe. 4. Non sumus sicut parvuli fluctua-
tes tc. et imobiles ne scilicet ab alijs educam⁹. Coll. 1.
In fide fundati stabiles et imobiles tc. Secundo inducit
ad bona opera dicens: Habundantes in omni opere bo-
no semper. Gal. vlti. Num tempus tc. puer. 3. In habu-
danti iusticia. Tertio roborat eos per spem dicens: Scie-
tes per q tc. Sap. 3. Vobis enim laboꝝ gloriis ē fruct⁹.

Incipit capitulū sedecimū.

DEcōlectis autem que fiunt in sa-
ctos. sicut ordīauit in ecclēsiis gal-
latiis: ita et vos facite per vñā sab-
bati. Unusquisq vestrum apud
se reponat recondēs qd ei bene placuerit: ut
non cum venero tunc collecte fiant. Cum au-
tem presens fuero quos per ep̄las hos mit-
tam perferrē gratiam vestrā in hierusalem.
Qd si dignum fuerit ut ego eam: mecum ibūt.
Veniam autē ad vos cuꝝ macedoniā ptransi-
ero. Nā macedoniā ptransi-ero. Apō vos
autem forsitan manebo. vlt̄ etiā hyemabo ut
vos me deducatis quocunq iero. Holo enīz
vos modo in transitu videre. Spero enīz me
aliquantulū temporis manere apud vos: si
dominus permiserit. Permæbo autē ephe-
si vſq ad penthecosten. Ostiuz em mihi ap-
tum est magnum et cūdens et aduersarij mul-
ti.
Supia per totam seriem ep̄scole proposuit apostolus eō-
rinbiis quandam doctrinam generalem. in hoc ultimo
capitulo proponit eis quedam specialia et familiaria. Et

circa hoc duo facit. Primo monet eos quid ipsi debent
alijs facere. Secundo ostendit quid alijs faciant ipsi ibi.
Salutat vos ecclēsia tc. Circa primū duo facit. Primo
instruit eos de his que debent facere ad absentes. Secū-
do vero de his que debent facere ad presentes ibi. Alijs
late et state in fide tc. Circa primum tria facit. Primo in-
struit eos de his que pertinent ad absentes pauperes san-
ctos qui sunt in hierusalem. Secūdo de his que pertinent
ad apostolum ibi. Veniam ad vos cum tc. Tertio de his
que pertinent ad discipulos ibi. Si autē venerit tc. Circa
ea que debent fieri sanctis qui erant in hierusalē de trib⁹
instruit eos apostolus. Primo qualiter elemosina sancti
facienda: sit colligenda. Secundo qualiter sit conseruan-
da ibi. Unusquisq autem vestrū tc. Tertio qualiter sit
in hierusalem transmittenda ibi. Cum autem presens fue-
ro tc. Circa primum sciendū est q sicut legitur actu. 4.
Nos erat in primitiva ecclēsia ut conuersti ad fidem ven-
derent possessiones et omnia que habebant et preciū pos-
siderent ad pedes apostolorū et de eis vnicuiq prout erat
opus prouideretur. ut sic nullus habere et proprium sed
essent illis omnia communia. Et sicut dicitur in colla-
tionibus patrum omnis religio ab illa sancta societate sū-
p̄st̄ exordiū. Contigit autē ut fame perualida exorta pa-
peres sancti qui erant in hierusalem inopia maxima labo-
rarent. vnde factum est ut apostoli ordinarent ad ipsius
subuentiōē qd q altas ecclēsias xpī collecte fierent. et hec
commissione facta est paulo et barnabe. Sal. secundo De
derunt mibi et barnabe tc. Et quia apostolus super hoc
sollicitus erat monebat illos quos conuerterat ut eis sub-
venirent quia sicut ipse ad Roma. dicit. Justum est ut
quibus spiritualia receperant temporalia ministrant. Et
hoc est quod dicit. De collectis autem que fiunt per ecclē-
sias in sanctos id est in vsum sanctorū et non quozm̄bi
bet. Ecclesiā. 12. Da iustū et ne recipias peccatores. Nō
q peccatorib⁹ non sit aliquid dandum. sed quia magis
debet quis dare elemosinam iusto indigenti q peccatori
Qd ordinari i ecclesia galathie. ita et vos facite id est
colligite per vnam scilicet diem sabbati id est septimane.
Et hoc ideo ordinatum est ut paulatim qualibet ebdoma
da aliquid paruum soluerent. ne si sumul totum solvens
grauarentur. Et licet eis paululum videretur et quasi ins-
ensibile palatim dare tamen cōpletō anno elemosine in
sumul collecte magne erant. Vel per vnam sabbati intelli-
gitur prima dies post sabbatum scilicet dies dominicus.
Et hoc ideo illi die fieri voluit apostolus. quia iam inole-
uerat consuetudo ut populus in dominicis diebus ad ecclē-
siam conueniret. Lcuitiē. 23. Dies primus celebri-
mus erit atq sanctissimus tc. Et post Et enim ceterū at-
q collecte tc. De huiusmodi elemosina dicitur Danielis
quarto Pecata tua elemosinis redime. Et Ecclesia-
vicelimo nono. Eleemosina viri qd faciliū tc. Qd uia ve-
ro non solum debet apponi modus in colligendo sed etiā
in conseruando. ideo consequenter instruit qualiter colle-
cte conseruentur cum dicit. Unusquisq autem vestrū tc.
In quo ostenditur maxima industria apostoli. Ne aliqui
credenter q apostolus faceret collectas istas magis cau-
sa questus proprii q propter necessitatem sanctorū. ideo
suspicione hanc vitans et qdum ad se et qdum ad suos mi-
nistros noluit victimam pecunia a se seu a suis ministris cu-
scidiri. sed ordinavit q quilibet illud quod sibi placebat
elargiri reportare domi et conseruaret seorsum: facien-
s sic per totum annum. Et huius ratio erat q aplius nole-
bat q qdū vēret corinthiā vacarē collectis sī doctrinā et reb⁹
spiritualibus. Et ideo dicit. Et non cū venero. tc. Act.
6. Nō est equū nos relinquere tc. qualiter autē debeat